



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap VI. Maria mœstissima Mater Filio suo afflicto compatitur,
eumdemq[ue] amore ardens prosequitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

DOMI-
NICAE
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA-
TIO-

SUM Dominum meum missum faciatis.

Quantū
hinc con-
demnetur
nostra su-
perbia,
impatien-
tia, &
vindicta
cupidi-
tas.

Erubescere hic, & homo superbe, & vile stercus, qui tibi aliquid esse videris, oblitus cinerem, lutum, & ipso quoque nihilo te minus esse. Aspice ut Filius Dei ob peccata tua humiliatus est, ut gloria cæli, tui causa contempta & nihili ducta est. Adverte, vindictæ cupide, inflexibilis, crudelis, & impatiens, sed terræ pulvis, quomodo Dominus Dominorum omnem hanc gravissimā afflictionem patientissimè tulerit, idque à vilissimis mancipiis; & quidem pro sceleribus tuis. Certè in omni hac molestia & vexatione nec semel eum invenies frontem in rugas contraxisse, vel os aperuisse ad maledicendum. Et tu, miser, verbulum unum ferre nō potes propter Deum, quin mox iracundiam tuam verbis, actibus, signis, gestibus & aspectu reteris. Repentè erumpis in querelas, in murmuraciones, in impatientiā, nolens vel tantillam ferre crucem à Deo humeris tuis impostam, quin & grandem injuriam tibi fieri caufaris ab illo. Opraeres certè, ut in omnibus permitteret tibi Deus uti voluntate tua, omni satisfacere sensualitati & oblectationibus tuis, impleretque omne desiderium cordis tui, ad eò ut ne unum saltem verbulum asperum tibi diceretur, ac nihilo minus per sua merita veniam daret cunctis iniquitatibus tuis, & absque poena te in suam eveheret

Propria
etiam vo-
luntas &
sensuali-
tas.

æternam gloriam, (videlicet ea dignus es.) Velles, inquam, ut in omnibus submitteret ille se tibi, & propter te injustus fieret. Sed falleris profusus, falleris. Non tam vile habet regnum suū, carius id ei constitit. *Oportuit pati Christum, Luc. 24. & ita intrare in gloriam suam: si tu pati recusas, foris remaneto. Ipse ait: Si quis vult post me venire, & abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Sic enim de Sanctis omnibus legimus, plurima eos gravia & aspera perpeffos, quò digni fierent esse coheredes Christi in regno Patris illius.*

Luc. 24.
Mat. 16

CAPUT VI.

Maria mœstissima Mater Filio suo afflicto compatitur, eundemq; amore ardens prosequitur.

1. Fides Maria numquam vacillavit, sed unà cum Filio, & ipsa eum in passione Deo pro mundi salute obrulit.
2. Etiam ipsa suo modo pro nobis passa est, propter tenerrimam compassionem in omnibus Filii sui doloribus.
3. Praesertim ab ea hora qua Christus Iudaorum voluntati traditus fuit.
4. Pia ponderatio doloris virginei, verborumq; qualia tunc ipsam fuisse verisimile est.
5. Mœstissima profectio Virginis ad locum, ubi Filius ab impiis passurus fuit.
6. Mutuus aspectus Matris & Filii in panis constitui, quàm fuerit utriq; dolorificus.

VIDEAMUS nunc quò piissima DEI Mater abierit, & utrumne uspiam in publicum proditura sit, vel forsitan cum Apostolis deseruerit Filium suum. Certè, quamvis in Apostolis fides titubaverit, timor oves disperse-

1.
Fides
Maria
numquā
in tota
passione
vacilla-
vit, et si
Apostoli
tituba-
rent.

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS EX-
PLICATA
XIO.

rit à pastore, licet palmites à vite
abscissi sint; attamen ramus unus
integer permanit & illæsus, qui
est beata Virgo Maria, succo fidei
plena. Neque enim possibile erat,
ut in hanc dubitatione incidere
Mater Christi, essetne Jesus Filius
Dei, utpote quem absque viri cõ-
tactu, ex sancto se noverat Spiritu
concepisse: nec ulla ratione
põterat eum deserere, cum quo ef-
fecta erat unus spiritus in D E O.
Prorsus verisimile est, Spiritum
sanctum omnes vires animæ Dei-
paræ Virginis complexum esse,
fortiterque sibi totam illius vo-
luntatem, intellectum, amorem
& affectum vendicasse: creatum
spiritum illius erigens ad gloriam
Patris, eamque legi & Scripturis,
quæ erant de Filio ejus, reddens
subjectam. Unde sicut Christus
non seipsum quæsiuit, sed gratif-
simam Patris voluntatem, & sa-
lutem exequi animarum: ita &
Maria unigenito Filio suo non
pepercit, sed & ipsa eum ultrò ad
omnem illam obtulit passionem,
quam ab eo Deus Pater exigebat
tolerandam. Nec attendit dolo-
ris gladium quo cor suum scin-
dendum erat, non thesaurum
pretiosissimum quo privanda erat
consideravit, sed totam se cum
omni facultate sua in gratissimam
reignavit Dei voluntatem, para-
ta omnem ferre pressuram, affli-
ctionem, & gravissimos crucia-
tus, qui hinc accidere possent.

2. Nulli sanè ambiguum esse de-
bet, beatissimam hanc Matrem &

Dominam nostram tanto erga modo est
Christo
pro nobis
passa fuit
Deum & cunctos homines amo-
re flagrasse, adeoque salutem firi-
isse animarum, quòd & ipsa li-
bentissimè crucis subiisset mor-
tem, si ita visum fuisset omni-
potenti Deo. Et quia id fieri non
debebat, tantam intrinsecus cru-
cem & dolorem sustinuit, quan-
tam absq; cordis diruptione ferre
potuit. Nulla umquam genitrix
tanto amore filium suum comple-
xa est, ut Virgo beatà unicum
suum: nec ulla umquam sic do-
luit ob filii injurias, ut ipsa. Hinc
pectus ejus maternum præ dolo-
ris acerbitate indicibiliter scinde-
batur: & ipsa propter nos porta-
bat passionis crucem una cum Fi-
lio suo, dolorisque gladium sen-
tiebat peracutum. Nemo æstima-
re sufficit, quas curas, quæ onera,
quantam penuriam, afflictionem,
molestiam, triginta tribus annis
cum eodem Filio suo pertulerit.
Enimverò quidquid persecutio-
nis & afflictionis à Judæis unicus
ejus perpessus est, id omne ipsa
semper sustinuit. Nihil enim mo-
lestiæ vel doloris (illa inspicien-
te) poterat inferri Filio, quin ani-
ma ipsius, quæ in Filio per mi-
rabilem quemdam amorem habi-
tabat, simul cruciaretur.

Et cujus cor cogitare possit, 3.
Idem ma-
xime à
tempore,
quo com-
prehensus
fuit à Lu-
dæu Ma-
riæ filium.
quantam perpeffa sit crucem &
afflictionem nocte illa tristissima,
qua dilectus Filius ejus manibus
est traditus hominum impiorum,
& à propriis relictus discipulis?

* Satis quidem credibile est, eam
(quo-
* Hæc

Unde cum
Filio suo
ipsum in
passione
obtulit
pro salu-
te homi-
num.

Quia ve-
nerimus
compati-
ebatur
omnibus
Filiis sui
cruciati-
bus.
Luc. 2.

DOMINICAR PASSIONIS EXPLICITIO. de B. Maria matre Domini filii patiens crederimus & utiliter meditata. Sicut enim ipse pulcherrimo, juvenili ac florido corpori suo, ob salutem hominum parcere noluit, quin illud morti traderet; ita nec materno cordi pepercit, quod minus gladio illud doloris permitteret transverberari. Unde etiam omnem suam passionem eidem amantissimæ Genitrici suæ prædixit, quod meritorum suorum omnium & afflictionum eam participem faceret, ut quæ materna ubera ejus cunctis referta meritis, semper lac gratiæ in promptu habeant, quod vbertim effundant in singulos quosque, qui ea per devotas preces comprimere solent.

Putatur Christus quæ passus est. Sicut enim ipse pulcherrimo, juvenili ac florido corpori suo, ob salutem hominum parcere noluit, quin illud morti traderet; ita nec materno cordi pepercit, quod minus gladio illud doloris permitteret transverberari.

4. *De voce perpendit dolorem Virginis Matris, & verba quæ dicitur ei exprimere. Luc. 2.*
 O Maria mœstissima Mater: quàm acerbam, quàm tristis, nox illa tibi fuit! Ut gladius Simeonis sævit in corde tuo! O quàm lustruosa verba, quàm miserandos gemitus, quàm ignita in cælum suspiria edidisti: Quàm feruido corde cælestem Patrem rogasti pro Filio tuo, eum totum illi offerens & commendans! Et licet necdum corporaliter adesses Filio tuo, hoc ipsum tamen quod eum pati sciebas, ad eum scidit cor tuum, ac si ipsam in tuo fuisses passa corpore: ipsumque cor tuum velut in ardenti fornace intra te torrebatur, liquecebat, exarescebatque præ amore ferventissimo, & devallante flamma afflictionis

atque crucis. Quis cogitare queat, quàm ignita verba, quàm fervidas amoris scintillas, tota illa nocte ardentissimum cor tuum emisserit? Forsthan enim hoc similive modo dicebas: O Jesu fili mi, fili mi dulcissime Jesu! quis te mihi eripuit? Quis matrem à tam charo separavit pignore? Ut quid non video te lumen desiderabile oculorum meorum? Quis det mihi, Jesu fili mi, ut ego pro te patiar, pro te moriar? O Jesu unicum cordis mei solatium! cur non tecum iui ad mortem? cur non confestim te secuta sum abeuntem? O dulcis Jesu, bone fili! ubi nam hodie pernoctas? in cujus es manibus? Quidnam modò pateris? O si furentes Judæi suam in me crudelitatem evomere vellet, tantum ut tu illæsus abires! Multò quidem mihi dulcius esset mori, quàm in tantis angustis videre te dulcissimum unicum meum. Certè afflictio mea multa nimis est cor meum abundat amaritudine, spiritus meus deficit præpressura, dolorque meus humanam vincit afflictionem. Hoc simili quæ modo benedicta Christi Mater seipsam tota nocte illa flectendo, gemendo, lamentando exhausta. Et quomodo sanguinarii illi, numquam à Christi vexatione & inhumanis afflictionibus abstinere; ita nec doloris gladius vel brevi tempore à materni cordis compunctione cessavit.

O Maria fidelissima parens! quomodo tunc animo secuta es Filium tuum? *5. Musta sequitur*
 Ni-

Qualia cogitare pessimum Virginis fuisse lumen & exclamaciones. Tob. 10. 2 Reg. 29.

DOMI-
NICAR
PASSIO-
NIS IX-
PLICA-
TIO.
Filium
ad locum
ubi ab
impiis
paticba-
tur.

Nimirum amor ille qui ipsum Filium tuum accenderat, quò ultrò pergeret ad locum ubi calix ei amaritudinis præparatus erat, te quoque movit, ut eò properares, ubi gladius doloris exacutus erat, qui virgineum pectus tuum scinderet, & intima confoderet animæ tuæ. O gloriosa cæli Regina! quàm lamentabiliter per viâ illam deducta es ab amicis tuis! Quàm omnes illos lugubri voce tua ad lacrymas cõmovisti! Quis æstimare possit, quàm hoc iter triste tibi fuerit? Quò enim propiùs accedebas ad urbem, eò altius tuis doloribus immergebarris. Nec dubium esse potest, quin tamdiu iveris, donec ad conspectum veneris Filii tui, sive cum ille duceretur ad Herodem, sive cum inde ad Pilatum reduceretur, sive etiam cum eum Pilatus ad populum produceret, dicens: *Ecce homo.*

6. Aspectu
ipse mu-
erit Ma-
erit & Fi-
lii dolo-
re ple-
nissimus.

Sed cujus possit animus capere, quiste dolor invaserit, cum eundem unicum tuum tam dirè ligatum, tam miserandum in modum ex verberibus, sputis, & sanguine deformem cerneret, ut penè hominis speciem amisisse videretur? Et quidem omnino verisimile est, amabilem Dominum, dulcissimam matrem suam quàm potuit placidissimè respexisse, quodque verbis nequivit, amabili fecisse adpectu. Tum verè, ò Mater dulcissima quàm liquefactum est intra te cor tuum? haud secùs quàm cera ab ignis ar-

dore. Quàm tu tota pene in lacrymas resoluta es! Licet verò apud Evangelistas non reperiantur ea quæ hîc scripta sunt; ad excitandam tamen in nobis devotionem compassionemque erga Virginem beatam, scripta sunt. Ceterum quilibet ea intra se penitus profundiusque poterit & debet meditari.

CAPUT VII.

Iesus adducitur ad Pilatum, & falso accusatus humiliter tacet.

1. Iudæi iterum in concilio Christum profiterem se Filium Dei esse, condemnant, & Pilato damnando præsentant.
2. In via euntem crudeliter divexant.
3. Falso accusant, ubi pulchra hypotyposi Christi ante tribunal mansuetissime tacentis.
4. Excitatio ad humilitatem, patientiam, & charitatem: quàm execrabilis nostra impatientia, comparata mansuetudini Domini!

HORA primâ omnes illi sanguinarij Judæi manè admodum convenerunt, ut Jesum neci traderent. Peltifera namque invidia quâ plenerant, nullam eis permittebat requiem, & insanus furor prorsus eorum devastabat exurebatque pectora: cum avidissimè sitirent Agnum mitissimum perdere, atque ejus innocentem effundere sanguinem. Itaque in suum eum adducentes conciliû, denudè examinaverunt; ex cuius verbis cum audissent quòd DEI Filium se diceret, ita vociferati sunt: *Quid adhuc egemus tibi?* Ipsi nos audivimus ex ore ejus. Tum verò eum turpiter ligatum atque deformem adduxerunt ad Pila-

i.
Rursum
Iudæi
Christum
se Messiam
fatentem
damnant.
Ioan. 8.

Luc. 24.

Mat. 26.
Præsen-
tanti eum
Pilato.
Luc. 24.